

tiones cum præfatione Martini excudi. Libellus iste a me tibi donatus non indignus est, quem cum parochio tuo legas. Asserit strenue secundum articulum, quem parochum tuum recantare voluit Faber. Vale feliciter, charissime Vadiane, et me, ut soles, mutuiter ama. Ravenspurgi, XVI Kalendas Sextiles.

ὁ σὸς Ὑμελβέργιος.

Adnotationes Philippi in Paulum Augustæ^{b)} vulgari linguæ redditæ excuduntur. Commendo tibi Ioannem, vulgaris literarii ludi magistrum. Aliquid a fratre tuo pro meo petiturus est. Fac impetret, id est hamos ferreos.

Præclaro viro domino Ioa ch i m o V a d i a n o, medicinarum doctori, amico primario.

Apud Sanctum Gallum,
zû Sant Gallen.

a) „Rhomana“. — b) „e“ für „æ“.

1) Vrgl. Brief 214. — Die Erwähnung der Schrift des Melanchthon lässt den Brief mit voller Sicherheit in das Jahr 1523 setzen.

II 137.

355.

Benedict Burgauer¹⁾ an Konrad Grebel.

St. Gallen. 1523. Juli 21.

Abwehr gegen die Anschuldigungen Grebels, dass er vom Evangelium abgefallen sei.

S(alutem). Nisi me modestia spiritus Pauli impelleret, non iotam Conrado meo depingerem, docens bonum pro malo reddendum. Quod tibi persuades mihi subirascendum, me ab evangelica veritate deflexisse, unde in messem evangelii alius surrogandus: egi quibusdam, qui libertatem spiritus in occasionem carnis invertere moliti, dure et importune, qui pro mortuis non orandum proclamarunt, sacrum eucharistiæ ab ecclesia sustollendum, infantes, qui fidem propriam non habent, non baptizandos nec versutum opera exercendum seu in vinea domini elaborandum, sed Christi passionem sic supereffluentem esse, quod diffidentia sit mortificatio corporis et vita Christo consimilis; hos execratus seu pseudochristos, inducentes sectam perniciosam, sanæ doctrinæ homines a veritatis luce obtenebrantes. Novisti, homines singula in libertatem carnis, non ædificationi^{lcm} proximi scripturarum pervertere, unde optimos et quos evangelicissimos appellare consuetos in evangelii partem sic affectuum, lucri, quæstus gratia non concessisse optarim. Hoc malum illud, unde a blatteris illis

nebulonibus proclamar declinasse ab evangelio. Si presbyteros illuserit^{a)}, omnia reiiciunt et consueta annihilant, crapulæ indulgent; dein inter diem non discernunt clericos detrahere, eos latrones, fures vocitare, evangelicum apud christianos (?)^{b)}. Habes paucis, quæ me moverint, vos lactis potu prius alendos; tum adhuc carnales ex contentione, æmulatione iudicet scriptura. Hæc mala, quæ impingunt, cum taxo, et procacitatem carpo.

Ceterum quaterniones ad me misisti 34; ultimus quaternio est litera M.²⁾. Precor hoc gerulo remittas, et quicquid elargiendum erit, matri tuæ honeste restituam. Salutabis nomine meo^{c)} coniugem tuam, parentem et evangelistam Zuinglium. Ex Sancto Gallo, raptissime, 21. Iulii, anno 23.

Tuus *Benedictus Burgowerus* frater.

Integerrimo Conrado Grebelio Tigurino^{d)}, fratri suo in Christo amicissimo.

a) „illuderit“. — b) „chos“ oder eher „ches“ mit Abkürzungsstrich. — c) „me“. — d) „Tygurino“.

1) Vrgl. I, Brief 22. — 2) Vrgl. Brief 353 am Ende.

1523[?] Juli 21. M. Schelling, VII, 16, Nr. 11.
1523 „ 27. J. Tyreus 356. III, 236 Nr. 39.

II 140.

Konrad Grebel¹⁾ an Vadian.

Zürich. 1523. Juli 28.

Wünsche zur bevorstehenden Entbindung der Martha von Watt. Reise des Vaters Grebel nach Bern als Beauftragter des Rates von Zürich. Erkundigung, wie Burgauer seinen letzten Brief aufgenommen habe.

Salve, mi Vadiane. Per Geiseranos accepimus, valere bene vos omnes; sed an literas nostras acceperitis, id dubium nobis est, cum nihil rescripseritis, literas, inquam, patris et Dorotheę.

Cupimus, ut feliciter^{a)} pariat Martha et ut, postquam feliciter^{a)} pepererit, quamprimum certiores reddamur matremque mox reducem excipiamus. Bernam redibit parens tertio abhinc die. Redibit autem legatum agens nomine dominorum nostrorum Tigurensium. Hęc sunt, mi Vadiane, quę mihi vix scribere licuit per languorem mei corporis, quo ego subinde mortis præludium facio. Scribere autem ut vellem, cum vix possem, fecit pater, qui ut suam vicem, ut Agathę, ut Dorotheę explerem iussit. Quid parochus de postremis meis ad se literis sentiat quamque in partem interpretetur^{b)} scripta, fac de te ediscam. Nostro omnium uno ore este incolumes, este dii. Valete in Christo idque meis verbis tres anime, tu, parens, soror. Tiguri, anno MDXXIII, 28. Iulii.

Conradus Grebelius tuus.

Burgauer